

39. cap. 9, 10. cap. 21, 30. cap. 29, 15. Deut. 29, 29. 2. Sam. 19, 19. Esa. 44, 9. Ezeck. 41, 20. cap. 46, 22. Psal. 27, 13.

### SECTIO III. DE SYLLABA.

§. 26. Ex conjunctione Literarum & Punctorum vocalium Syllabæ, ex Syllabis unâ pluribusve, dictiones accentu suo seu tono præditæ, ex pluribus dictionibus sententiæ, ex his denique tota oratio constat. Conjunctio autem omnis, tam in lectione, quam in scriptione, à dextrâ versus sinistram procedit; qui rectus est movendi seu pronunciandi ordo.

§. 27. Syllabam facit nec sola litera, nec sola vocalis: sed ad ejus constitutionem requiritur primò Litera mobilis sive Consonans; deinde Vocalis, consonanti illi propria: quæ vel supponitur, vel ad latus sinistrum apponitur, *וַיִּשְׁׁוּ* posuerunt Psal. 3, 7. *וַיִּשְׁׁוּ* calamitas Esa. 47, 13.

Sola Litera syllabam non facit, quia sonum in se nullum habet, sed omni sono seu vocali indifferenter consonat. Sola quoque Vocalis id non præstat, quia ne quidem inchoare syllabam potest, sed semper postulat, si omnis alia litera desit, saltem antecedentem spiritum, asperum vel lenem, quos Græci initialibus dictionum vocalibus adscribunt, *ἀδάμ*, *ἔβερ*; Hebræi autem distinctas consonas habent, sonum non minus, quàm consonantes aliæ variantes,

דַּק